



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Antonii Sanderi Presbyteri, S. Th. Licentiati Hagiologivm  
Flandriae Sive De Sanctis eius Prouinciae Liber vnus**

**Sanderus, Antoine**

**Antverpiae, 1625**

Bertvlfvs Confessor In Monte Blandinio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10172**

Cisterciensium tradidit institutum, ac Robertum Monachum suum, ad quem nunc eius extant epistolæ, patria genteque Brugenfem Abbatiam inibi fecit, qui tam celebri floruit fama Sanctitatis vt ab ipso Bernardo iam animam agente electus fit Abbas Claræ-vallis. Meyerus ibidem.

## BERTVLFVS CONFESSOR

*In Monte Blandinio.*

**B**ERTVLFVS Patria Germanus, Renticam diocesis Morinensis vicum veniens ibidem baptisatus est, adhælitque Wamberto Comiti eiusque coniugi Hombusæ, qui paulo antea Monasterium ibidem exstruxerant. Romam cum eisdem profectus, indeq; redux viros multos religiosos Renticæ collegit quibuscum sanctissimè vixit, & circa annum 680. pijsimè in Domino obdormiuit. Sacra eius ossa propter excursiones piratarum primo Bononiam, munitum Galliaë opidum ad Oceanum inde Harlebecam ab Arnulpho magno Flandriaë Marchione, ac demum Gandauum ad Blandiniense cœnobium sunt transportata. Est autè Rentica seu Renticum pagus gentis Croyæ titulo Marchionatus celebris. Solet in Blandinio, vt constanti fama apud illos traditur, pulsum velut manibus edere circa feretrum suum graui aliqua imminente diuinâ vltione, & sic tamquam admonere fideles, vt precibus, & fructibus pœnitentiæ iram Dei accensam placarent, plura de eo apud Molanum vide hac die. 5. Feb.

G BRIXIVS